16 Mars - 1870.

APPENDICES

Au Mandement de Mgr. l'Evêque de Montréal concernant l'institution de la Fête de St. Zénon et de ses Compagnons Martyrs contenant divers actes propres a en donner l'explication.

1o Par le Décret qui suit, l'on prouve avec quel soin l'on recueillait à Rome les Actes des Martyrs. Il se trouve cité par le Cardinal Baronius dans son Traité sur le Martyrologe Romain.

« Hic (S. Clemens Romanus Pontifex) fecit septem re-« giones dividi Notariis fidelibus Ecclesiæ, qui gesta mar-« tyrum solicite et curiose, unusquisque per regionem « suam, perquirerent. »

2o Ce que signifie le *Dies natalis* qui se lit si souvent dans le Martyrologe Romain.

« Sicut olim, inquit Baronius, loco citato, Romæ Nota-« riis de conscribendis sanctorum Martyrum Actis, ita et « in aliis ecclesiis, etiam transmarinis, alicui ex clero ne-« gotium fuisse videtur impositum, qui cujusque Martyris « natalem diem (sic enim appellare convsueverunt ex hac « vita ad cœlum transitum) conscribere, ut per singulos « annos eodem recurrente die, in ejusdem sancti Martyris « memoriam, Deo offerretur sacrificium. Hoc ipsum est « quod Tertulianus, lib. de corora militis ait : *Pro natalitiis « annuo die facimus.* »

3o Martyrologes dans lesquels il est fait mention de St. Zénon et de ses Compagnons.

Voici ce qu'en dit le Martyrologe Romain, sous la date du 9 Juillet:

« Romæ ad guttam jugiter manantem Natalis sanctorum « Martyrum Zenonis et aliorum decem millium ducento-« rum trium. »

Le Martyrologe d'Adon contient quelques mots de plus qui expliquent ce que dit de ces saints le Martyrologe Romain :

« Romæ, ad guttam jugiter manantem (seu ad Aquas « salvias Apostoli Pauli martyrio toto orbe celeberrimas) « Zenonis et aliorum decem millium ducentorum et « trium. »

Usuard en fait mention, dans les termes suivants : « Na- « talis sancti Zenonis Martyris. »

4o Légende qui se lit comme 9e leçon dans le Breviaire en usage à la Basilique de St. Pierre.

LECTIO III.

Thermis Diocletiani Romæ absolutis, christiani milites examtorati, et edicto Imperatorum huic operi addicti, ac mancipati, quorum numerus decem millium et ducentorum trium erat, cum in confessione nominis Christi constantes manerent, capitis sententia damnati, extra Urbem, ad Aquas salvias, vel ut vocant, ad guttam jugiter manantem, omnes ad unum necati sunt, septimo Idus Julii, anno Domini ducentesimo nonagesimo octavo. Zeno illorum tribunus et dux primarius iis, suæ heroicæ fortitudinis exemplo, præluxit, tum in bello contra Imperii Romani ac Reipublicæ hostes, tum in abjecto ac servili rei mutariæ officio cui ab Imperatore, in odium fidei, cum suis addictus fuerat, tum demum in nobilissima morte pro Christi nomine oppetita.

5o Légende qui se lit comme 4e et 5e leçon dans le Bréviaire en usage à Ste. Marie Majeure.

LECTIO IV.

Temporibus Diocletiani et Maximiani contigit, ut eorum consilio omnes ubique positæ Ligiones lustrarentur, et qui in eisdem reperti christiani milites essent, exuti militia ac penitus exarmati, vincti Romam perducti, tanquam servi adscriptitii, Thermarum operibus fuerint mancipati. Thermis vero absolutis, qui constantes in confessione nominis Christi, nullis fracti laboribus, perstitissent, ne laborum opere alleviati (quod ingens esset illorum numerus) aliquid in Imperium molirentur, omnes pariter capitis sententia condemnantur.

LECTIO V.

Repertus est omnium decem millium ducentorum trium, qui omnes una cum Zenone Tribuno, qui inter eos dignitate excellere videbatur, extra Urbem, porta Trigemina ducti sunt : et in concavo vallis, in loco dicto Gutta Jugiter manans, ad aquas salvias, ad unum omnes necati sunt, septimo Idus Julii, quo celebri memoria annuatim, eorumdem triumphi dies natalis recolitur.

6° Nous lisons ce qui suit de ces saints Martyrs dans Pierre *De Natalibus*.

« Per diversa supplicia trucidati Christum Dominum « in suis corporibus glorificantes coronas triumphi cælestis « obtinere de manu Domini meruerunt.... quorum alii, « addit quidam augmentator, securi, alii gladiis, alii mu- « cronibus cæsi, alii cruribus fracti, alii manibus pedi- « busque abscissis mutilati, alii suspensis brachiis, ama- « rissimo fumo subter accenso, magnis cruciatibus vexa- « bantur. Aliis vero lento igne prope adhibi o, tormentis « longioribus consumebant. (Flammæ), &c.

7° Réflexions du Cardinal Baronius sur la conservation des Thermes de Dioclétien.

« Quod igitur sudoribus Christianorum militum eorum- « demque confessorum ac denique Martyrum immensa « illa Thermarum extructa sit moles, Dei beneficio factum « putamus, ut cum omnes ab aliis Imperatoribus thermæ « erectæ, collapsæ propemodum sint atque redditæ planè « ignobiles, nullus ampliùs reliquus fuerit usus eorum, « attamen quæ Diocletiani fuerunt thermæ, quod illæ « sanctorum Martyrum labore fuerint extructæ, potissima « pars earum in usum ecclesiæ memoriamque Dei Geni- « tricis Mariæ et Angelorum religiose fuerit commu- « tata. » C'est aux sept Anges qui sont toujours en la présence de Dieu qu'est dédiée cette magnifique Eglise.

8° Diverses Inscriptions concernant ces saints Martyrs. On lit, dans la crypte qui contient les Restes de ces saints Martyrs, dans l'Eglise appelée *Scala Cœli*, l'Inscription suivante :

« Ex antiqua traditione hîc requiescunt corpora S. S. « M. M. Zenonis Tribuni et Sociorum militum decem mil- « lium ducentorum trium.

Anno D. MCCLXXI.

« Indecore dispersa et collocata reperta, ut tuto et reli- « giose custodiantur, Emus et Remus D. Petrus Presby- « ter Cardinalis Pamphylius Abbas perpetuus Commenda-

« tarius et Ordinarius, sub ejusdem cœmeterii solo diligenter « congesta, bino latere strato superinducto, contegi et asser- « vari mandavit. »

Dans l'intérieur du dit cimetière, on lit sur plâtre l'inscription suivante :

« Die XI. Maii 1771, cooperta fuere lateribus ossa SS. « MM. 10,203 quæ antea visibilia fuerunt.

« Franciscus Gelpi faber coram duobus Monachis D. « Octavio Robinchi et D. Leopoldo Peltesta cooperuit. »

9° Supplique au St. Père, pour demander que la fête de St. Zénon et de ses compagnons soit établie dans le Diocèse de Montréal.

« Sanctissimo Domino Nostro Pio Divina Providentia « Papæ IX.

Beatissime Pater.

« Episcopus Marianopolitanus ad Sanctitatis Vestræ « Pedes recumbens et quam maxime confidens in summo « zelo quo pro sanctorum honore flagrat humillime solli- « citat Indultum ut, in omnibus Ecclesiis ac Capellis Ma- « rianopolitanæ Diœcesis, festum SS. Zenonis ac 10,203 So- « ciorum suorum Martyrum de quibus mentionem facit « Martyrologium Romanum sub die IX Julii, celebrari « possit annuatim sub ritu duplicis minoris et cum officio « proprio ac Missa, sicut in Basilica S. Mariæ Majoris, « propter singularem cleri et populi devotionem ergà hos « Sanctos Martyres et in gratiarum actione ob beneficia ab « illorum intercessione obtenta, et etiam quia istorum « Beatorum Reliquiæ in his omnibus ecclesiis et capellis « habentur.

« Pro hoc novo favore, tot aliis adjuncto, Sanctitatis « Vestræ Pedes reverenter osculatur infrascriptus Episco- « pus ac Suam Paternam Benedictionem instanter im- « plorat.

« Romæ, die 15 Januarii 1870. »

✝ IG. EPUS MARIANOPOLITANUS.

10° Indult Apostolique autorisant la fête de St. Zénon et de ses compagnons dans toutes les Eglises du Diocèse de Montréal, avec l'office et la messe propres qui se disent à Ste. Marie Majeure.

MARIANOPOLITAN.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario clementer deferens Supplicibus Votis Rmi D. Ignatii Bourget Episcopi Marianapolitani benigne annuit ut amodo a Clero Diœceseos prædictæ Sæculari et Regulari Diœcesano Kalendario utente, die IX Julii persolvi valeat sub ritu duplici minoris officium cum missa in honorem Sanctorum Zenonis et Sociorum Martyrum concessum Basilicæ Liberianæ in Urbe : servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 10 Februarii 1870.

(Signatus) C. Epus Portuen et S. Rufinæ Card. Patrizi S. R. C. Præf.

(Contrasignatus) D. Bartolini S. R. C. *Secretarius.*

11° Acte authentiquant les Reliques de St. Zénon et de ses compagnons, extraites de la Crypte de l'Eglise dite *Scala Cæli* des Trois Fontaines.

«Nos infra scripti, Episcopus Marianopolitanus in Canada « attestamur quod, die 8 mensis Julii 1869, de consensu « Eminentissimi ac Reverendissimi Josephi Cardinalis « Milesi Pironi Ferretti, Commendatorii ac Ordinarii « Venerabilis Monasterii SS. Vincentii ac Anastasii viva « voce dato, Insignes Reliquias SS. Zenonis et Sociorum « Martyrum a Smo Sanctuario Capellæ Beatæ Mariæ *Scala* « *Cæli* nuncupæ, ad Aquas Salvias seu ad guttam jugiter

« manantem vulgo ad Tres Fontes, extraximus, coram « Reverendissimio Eutropio, Abbate Trappistarum ac plu- « ribus Fratribus ejusdem Ordinis, præsentibus etiam « R. P. D. Joseph Desautels, Petro Eucherio Lussier et « Wagner Presbyteris Canadensibus, illasque in ligneis « capsulis bene clausis sigilloque nostro munitis inclusas, « in Canadam transmisimus, ut inter omnes et singulas « nostræ diæcesis ecclesias ac capellas in variis circiter « ducentis locis sitas, distribuerentur ac multis devotis per- « sonis darentur.

« Attestamur etiam quod istarum sacrarum Reliquiarum « a dicto SSmo Monasterio extractarum pars notabilis « Londinæ diæcesi data fuerit.

« In quorum fidem præsentes litteras signavimus sigil- « loque nostro munivimus, Romæ die 16 Martii 1870.

✝ IG. EPUS MARIANOPOLITANUS.

Cet Acte servira de suite à ceux déjà portés dans un régistre qui se trouve à la bibliothèque des RR. Pères de l'Oratoire de St. Philippe de Niri, (Chiesa nuova) et il sera le 585e. Les noms des diocèses de Montréal, de London et de St. Germain de Rimouski se trouvent à la suite de ceux des diocèses marqués à la fin de ce régistre, comme possédant des Reliques de St. Zénon et de ses Compagnons Martyrs.